

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

X.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

## X.

## RUDOLFI BURGUNDIÆ REGIS DONATIO VICI EVONANT LAUSANENSI ECCLESIAE FACTA.

A N N O M I X.

*Ex Chartulario Lausan. fol. 53.*

**I**n nomine Sancte & individue Trinitatis. RUODULPHUS divina favente clementia Rex — Quapropter noverit Sancta Mater Ecclesia Catolica cum filiis suis, ufuis & junctis, qualiter ob anime nostre remedium humilesque petitiones Agaltrudis Regine Conjugis nostre dilectissime, nec non & petitiones Borkardi Archi Episcopi fratris nostri cari, devotasque petitiones Episcoporum Hugonis & Anselmi Comitum, Comitumque Ruodolfi & Bertulfi, Interventumque Henrici Episcopi nobis per omnia fidelissimi, reddidimus Sancte Dei Genetrici Marie ad Episcopatum Lausanensem, cui ipsa preesse videtur medietatem *Evonant* ville — Signum Domini Ruodolfi Regis Piissimi. Radulphus Cancellarius recognovi, data xv. Kalend. febr. Luna xxx. anno ab incarnatione Domini MVIII. Regnante Domino Ruodolfo Rege Anno XVII.